Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26123
Copyright: Admont, Benediktinerstift



24

suscepto peccatorum · quod autem addit · ut de peccato damnaret peccatum · in carne · hec est expiatio peccatorum · Proinde matheus ab ipso dauid psalomonem ascendit · in cui matre ille peccauit · lucas uero ad ipsum dauid per nathan ascendit · per quem pphas ds peccatum illum expiauit · ipse quoq; numerus quem lucas exequitur certissime prorsus abolitionem indicat peccatorum · Qua enim xpi aliqua iniquitas qui nullam habuit non est utiq; conuincta iniquitatibus hominum quas in carne suscepit · ideo numerus penes matheum excepto xpo et quadragenarius · Qua uero iustitie sue patrisq; nos expiatos ab omni peccato purgatosq; coniungit · ut fiat quod ait apls · qui autem adheret dno · unus spe est · ideo meo numero qui est penes lucam · & ipse xpe a quo incipit enumeratio · & ds ad quem peruenit commumeramur · & fit numerus septuaginta · vii · quo significat omnium prorsus remissio & abolitio peccatorum · quam etiam ipse dns phuius numeri mysterium euidenter expressit dicens · remittendum ei peccantis non solum septies si etiam septuagies septies · Hec frustra iste numerus ad peccatorum omnium pertinet mundationem · sidulgentur inquiunt · Denarius quippe tamquam iustitie numerus in decem preceptis legis ostenditur · Porro peccatum est legis transgressio · et utiq; transgressio denarii numeri congruenter undenario figuratur · Unde & uela cilicina iubentur in tabernaculo undecim fieri · Quis autem dubitet ad peccati significationem cilicium pertinere · Ac ep hoc quia uniuersum tempus septenario dierum numero uoluitur · conuenienter undecimo denario septies multiplicato · ad numerum septuagesimum & septimum cuncta peccata peruenunt · In quo numero etiam plena fit remissio peccatorum expiante nos carne sacerdotis nri · a quo ne iste numerus incipit · & reconciliante nos deo · ad quem ne iste numerus peruenit · per spm sem · qui columbe specie in hoc baptismo ubi numerus iste comemoratur apparuit